

## Dominica

pauper : comprehenduntur in consilijs  
quibus cogitant **Q**uonia[m] laudatur pec-  
cator in desiderijs anime sue : et iniquus  
benedicitur **E**xacerbauit d[omi]n[u]m peccator :  
sc[ilicet] m[ultitudinem] ire sue non queret.

**N**on est deus in conspectu eius : iniqui-  
tate sunt vie illius in om[ni] tempore **A**u-  
feruntur iudicia tua a facie eius : om[ni]u[m]  
inimicorum suorum dominabitur **D**ixit

enim in corde suo : non mouebo[r] a genera-  
tione in generatione[m] sine malo **Q**uius  
maledictione os plenum est et amaritu-  
dine et dolo : sub lingua eius labor et do-

lor **S**edet in insidijs cum diuitibus in  
occultis : ut interficiat innocentem **O**cu-  
li eius in pauperem respiciunt : insidia[m]  
in abscondito quasi leo in spelunca sua

**I**nsidiatur ut rapiat pauperem : rape-  
re pauperem dum attrahit eum **I**n la-  
queo suo humiliabit eum : inclinabit se  
et cadet cum dominatus fuerit pauperu[m]

**D**ixit enim in corde suo oblitus est deus :  
auertit faciem suam ne videat in finem

**E**xurge domine deus et exaltetur ma-  
nus tua : ne obliuiscaris pauperu[m]

**P**ro-  
ad passio **Q**ui saluos facit rectos corde cuius nome[n]  
admirabile de porta mortis nos erue quia  
confidimus in te domine